Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxviij

76

Tjer: dei filius erat iste. Erant autem ibi mulieres multe a longe. que secute erant iesum a galilea ministrantes ei: inter quas erat maria magdalene et maria iacobi: et ioseph mater: et matris filiorum zebedei. Cum sero autem factum esset: venit quidam iuuo diues. a barmathya nomine ioseph: qui et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pylatum: et petiit corpus iesu. Tunc pylatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph. tulit illud in sindone munda. et posuit illud in monumento suo nouo. quod exciderat in petra: et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti et abiit. Erant autem ibi maria magdalene. et altera maria: sedentes contra sepulchrum.

Altera autem die que est post parasceuen: conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pylatum dicentes. Domine: recordati sumus: quia seductor: ille dixit adhuc viuens post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum. et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error: peior priore.

Aut ill' pylatus. Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes. munierunt sepulchrum: signantes lapidem cum custodibus. Credo di

Ut propium expectauit cor: Offertorium

meum et miseriam. et sustinui qui simul contristaret. et non fuit. consolantem me quesiui et non inueni. et dederunt in escam meam fel et in sitim meam potauerunt me acto. secr. Ecclesie maiestatem tue domine fideles populos inuenit oblata que filium tuum tue conualiauit inimicos. Per eundem dominum. Communicantes. Pleniter quam secreta dicenda est usque secreta domini. Communicantes. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Ipse.

Per hunc domine oppacionem misteriis et vitia nostra purgentur et iusta desideria impleantur. Per.

Iudica domine nocentes. Fia ij iudicium

me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium mihi domine deus salutis mee. Ps. Effunde iaculum et conclude aduersus eos qui me persequuntur. Iudica.

Deus qui omnipotens deus Collecta

Ut qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. Per.

In diebus illis. Ysaie prophete. Dixit ysaias. Dominus deus aperuit mihi aures: ego autem